



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XXXI. Bonon. fideicommissi de Volta. De eadem materia, ut sub
nomine masculorum exfœminis veniant solùm masculi immediati; Et an
tali casu masculi mediati descendentes per duplex medium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

bus solo seu electione passiva tanquam Canonicus seu Collegialis, utpote diversam personam representans.

Minus etiam subsistebat quartum motivum; Licet enim in puncto juris vera sit conclusio, quod de nullitate ratione spectus dare non possit tertius, sed ipsemet qui spectus fuit, ut per *Feder. de Sens. conf. 148. & conf. 241. utrobique in fine* cum concordantibus per *Buratt. decis. 351. num. 4.* Attamen cessabat applicatio ex facto, dum de dicto contemptu ab eodem oppositum fuit; Et quoad subsequutam mortem civilem dicti opponentis pariter id nil relevabat, Tum quia prima seu simplex professio, quae fit in Societate Jesu non inducit mortem civilem, seu inhabilitatem ad acquirendum ac retinendum, cum hæc sequi dicatur ex alia magis solemnī professione, quæ post longam probationem in Religione emitti solet, vulgò nuncupata *quarti voti*, ut per *Rotam apud Martin. Andr. decis. 78. & decis. 32. par. 9. recent. & passim*; Tum etiam quia postquam dictus ita contemptus in statu habili de ejus spectu ac nullitate actus opposuit, talis ita detecta nullitas cessare non dicitur ob dicti opponentis cessationem, ut ad litteram probat *textus in cap. auditus de electione*, ubi scribentes communiter, & de axiomate, ut quod jam est nullum ita convalescere non possit *Barbos. axiom. 164. num. 10.*

Demum quoad quintum ac ultimum motivum ejusdem non scriptæ æquitatis ob inconvenientiam exinde resultantiam, (& quod verè fuit unica & potissima causa resolutionis,) dicebam fortè cum aliquo ira impetu, prorsus improbabile videri, quod in precedentibus resolutionibus coram *Melrio*, adversus descendentes ac de sanguine testatoris processum esset cum juris stricto rigore, negligendo absurda & inconvenientia ut supra, & quod cum poenitus extranei in concursu descendencium ac de sanguine haberetur ratio absurdorum & inconvenientium, contra regulam quod quisque juris &c. Et ulterius dicebam, quod in electionibus ad Episcopatus aliasque Dignitates, & fortias in illa Summi Pontificis, quæ est summa rerum, maxima resultant scandala & inconvenientia ob earum retractationem ex causa nullitatis, sed si hæc subsistit, illa non curantur, cum similibus; Ideoque meritò ista causarunt dictis fratribus satis proficuum concordiam, per quam plus turè obtinuerunt, quam importaret incerta alea fortis, quatenus nova inabfolatio facta esset.

BONON. FIDEICOMMISSI DE VOLTA.

PRO

MARCHIONE CAMPEGGIO.

CVM

COMITE PASELLIO.

Casus variè decisis per Rotam.

De eadem materia, ut sub nomine masculinorum ex feminis veniant solum masculini immediati; Et an tali casu masculini immediati descendentes per duplex medium femininum excludant ultiores masculinos transverfales vel extraneos ex dispositione textus in *l. cum avus, & l. cum avo rissini.*

SVMARIUM.

- 1 **F**Acti series, Resolutiones cause.
- 2 De regula, ut vocatis masculis femininum, vocati immediati, quam mediati, & de limitatione.
- 3 De rationibus, ob quas testatores solent vocare suos immediatos ex feminis.
- 4 De eadem regula, de qua supra num. 3, ut vocati omnes mediati, & immediati.
- 5 De doctrina Aretini ad materiam text. in *l. cum avus, & l. cum acutissimi, & num. 10.*
- 6 Sensus auctoris, quod motivum deductum ex *l. cum avus, & l. cum acutissimi, vel non sufficiens, non est necessarium in casu.*
- 7 Leges predictæ non habent locum, quando testator filium cogitavit, sed certam qualitatem in eis jecit.
- 8 Doctoribus referentibus simpliciter dictum aliter & non examinantibus articulum non est deponendum.
- 9 Expenditur doctrina Aretini de qua num. 6.
- 10 Consideratur differentia inter istum casum, & illi in quibus curatum non fuit de absurda ponde per dictas *ll. cum avus, & cum acutissimi.*

DISC. XXXI.

Antonius Volta unicam habens filiam Mariam ac uxoris ventrem prægnantem, quæ post partum esset masculus, istum hæredem instituit si verò femina, utramque instituit sub onere restituendi ejus hæreditatem etiam eis adhuc viventi primò filio masculino ex una ipsarum nascituro, perpetuamque ejus linea masculina fidei commissum perpetuum instituit, ac successivè ad favorem alterorum filiorum masculorum earundem de linea masculina, qua defecta, vocavit Virsinam sororem Ambræ Campeggio nuptam, ejusque filios & descendentes in perpetuum cum onere renovandi ejus hæreditatem per assumptionem nominis & insignium, ac habitandi ejus domum relicta dictis filiabus congrua dote de qua agitur in hac eadem Bonon. sub tit. de dote &c.

12 Ex ventre prægnante orta est femina, Antonia nuncupata, quæ filiam habuit Olympiam, & eam prædefuncta, Antonium Pasellum, ex dicta Olympiæ filio etiam prædefuncto proneporem quem hæredem reliquit. Unde sequuto ejus obitu, cum illa altera filia ingressa esset Monasterium, Mariam Thomas Campeggio ex dicta Ursinæ filio nepotem prætendens factum esse casum dictæ substitutionis ejus favore, judicium immisionis instituit contra dictum Pasellum, & introducta causa in *Rea. de Ram Albergato, sub die 10. Decembris 1664. ad ejus favorem producit resolutio, adversus quam concepta nova audientia, & assumpta disputatione, ex parte Pasellii.*

Pafellii, excitatum fuit motivum ex dispositione textus in l. cum avus ff. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi Cod. de fideicom. , sed fuit rejectum ac perlitum in decis. sub die prima Februarij 1666 , Verum concessa altera Audientia super hoc motivo tantum, & repropofita causa 28. Junij ejusdem anni, recessum fuit à decis. , canonizando dictum motivum , atque hac secunda resolutio Pafellio tantum informante confimata fuit 17. Junij 1669. coram eodem, ad quarum ultimarum resolutionum normam expedita fuit sententia Pafelli absolutoria , à qua pendet appellatio.

In primis duabus resolutionibus processum fuit cum eisdem regulis seu conclusionibus jam firmatis in Bonon. fideicommissi de Barberijs , & in Bonon. fideicommissi de Amorinis de quibus in discursibus proximè præcedentibus , & in plerisque aliis, quod scilicet quavis vocatis masculis , præsertim ex femina , certa regula sit, attendi solum sexum , non curata unicitate vel duplicitate mediæ feminini , cum idem resulter effectus , Attamen certa etiam est limitatio ex contraria testatoris voluntate desumpta ex verbis de notantibus eum sentiisse de masculis immediatè procreatis ex feminis , earumque linea masculina , quæ verba in hac facti specie videbantur nimis clara & litteralia , utpotè præcise personalia , pluries etiam repetito termino lineæ masculinæ , atque in prima decisione benè exprimitur ratio, de qua supra in Parmen. discurs. 28. , ob quam propriæ familiæ renovatio demandari solet in masculis immediatis ex femina agnata , non autem in mediatis ex duplici femina , quarum secunda est cognata , cum ita tales partus à propriâ familia & agnatione omnino extranei remaneant.

Cui rationi generali , aliam in ista causa addebam ego specialem satis probabilem , ponderatam à simili supra disc. 11. , quod scilicet testator jam esset probabiliter certus , quod ejus finis de satis congrua dote provisa , & cum tam magna spe ad favorem primifilii masculi , satis qualificata matrimonia cum familiis nobilibus ac primæ classis contrahere essent , incertus autem erat, quibus familiis essent nupturæ filia vel posteriores descendentes ipsarum finiarum , Hinc proinde voluit hoc secundo casu ejus familiam potius renovari in personis de aded nobili & qualificata familia Campeggiorum descendenti-um ex eius sorore quam in obcuris , ac incertis familiis ex quibus esse possent masculi ex ulterioribus feminis procreandi , licet casus dederit quod etiam secunda femina nobiliter nupserit.

In posterioribus vero decisionibus principale ac totum constitutum fuit fundamentum in allegata l. cum avus , & l. cum acutissimi , atque in absurdo ut descendentes testatoris excludantur pertransversales , qui extraneorum nomine in iure consentur , procedendo cum superius dicta regula , de qua latè apud Bellon. iun. conf. 72. & 73. Larream decis. 34. & 54. Altograd. conf. 66. lib. 2. , & alios pro masculis mediatis cumulatim supra in d. Parmen. disc. 28. , & per Rotam decis. 6. par. 1. divers. decis. 402. num. 25. & sequen. par. 9. apud Celsum decis. 141. num. 6 & sequen. , & in aliis , quod scilicet cum omnes masculi vocati sint æque cognati , ac de extraneis familiis , pariformiter illam testatoris fidei renovaturi , nil refert , an medium femininum sit simplex vel duplex ; Illud etiam potissimum considerando , quod testator simpliciter vocavit filios dictæ Ursinæ absque restrictiva ad masculos per masculum cum qualitate immediata , unde propterea censetur idem voluisse in filiis & descendentiibus filiarum.

Magnum , & fortè originarium fundamentum constituendo in doctrina Angeli Aretini de testamentis glos. 79. nu. 7. & 8. verj. scilicet fortè &c. inter tractatus magnos tom. 8. par. 1. fol. 6. , quem refert & sequitur Rusticus in l. cum avus lib. 3. cap. 4. sub n. 19.

Scribens ego pro Campeggio , etiam cum sensu veritatis , dicebam dictos terminos textus in l. cum avus , & l. cum acutissimi adeo magnificatos, extraneos videri à casu, eosque , vel non sufficere, vel non esse necessarios , unde præsertim ultima decisio , quæ commiscet hoc motivum cum regula ut supra militante ad favorem masculorum mediatorum iuxta decis. 6. par. 1. divers. cum aliis allegatis , fortè aliquo æquivoco laborare videtur ; Siquidem , Aut dicimus , quod non urgeat testatoris voluntas super immediata qualitate , itaut non intraret limitatio , de qua supra in Parmen. , & duabus Bononien. , & tunc opus non est recurrere ad motivum dictarum legum , dum masculis mediatis absque hoc refugio afflirit dicta receptissima regula , unde propterea esset dare casum , quod habens vivum & copiosum fontem perennem , curaret pro fiti explenda mendicantè incertam ac dubiam aquam ex puteo vel cisterna , & sic videbatur , quæ necessitas subesseret confugiendi ad dictam doctrinam Aretini , quæ ut infra est potius dubia & incerta , seu non applicabilis.

Aut e conversò dicimus , quod ex testatoris voluntate ut supra versaremur magis in casu limitationis , quia nempe testator senserit solum de certa specie masculorum ex feminis agnatis immediatè procreandorum , & tunc non intrant dictæ leges ex receptissima theoria Bartoli in eadem l. cum avus num. 4. , de qua cæteris relatis Rusticus dicto lib. 3. cap. 4. num. 1. & sequen. Capra consil. 18 Spada cons. 272. lib. 3. Altograd. conf. 61. num. 13 & sequen. lib. 1. & cæteri apud Fusar. quest. 402. num. 127. , satis bene Molina de primogenitura lib. 3. cap. 5. n. 32. , quod scilicet si testator cogitavit de filiis & descendentiibus , sed in eis certam qualitatem adscivit , tunc alii dictam qualitatem non habentes dictarum legum beneficio juvari non possunt , ex ea clara ratione , quod dictæ leges inducunt solum quandam supplementationem præsumptæ voluntatis in casu omisso , ac per testatorem non cogitatum , quasi minus scriptum quam volitum , quod cessat ubi testator casum existentia filiarum & descendentiū cogitavit , sed certam qualitatem non habentes neglexit , cum tunc cesset dictarum legum fictio seu suppletio ; Quod à simili habemus etiam in terminis textus leg. si unquam Cod. de revoc. donat. super donationis resolutione ob supervenientiam filiorum , quoniam non intrat , si de illis est cogitatum , cum similibus.

Itaque quoque comprobantibus tot rebus judicatis , præsertim in proximè duobus præcedentibus discursibus in utraque Bonon. de Barberijs & Amorinis , in quibus ad amissum intrabat idem ac majus absurdum excludendi proprios descendentes masculinum sexum habentes propter penitus extraneos unde cadebant iidem termini dictarum legum , & tamen omnia hæc negliguntur ; ideoque dicebam , quod oportebat in hoc statuere veritatem seu certam regulam quæ in dispositione ascendentis vel nunquam reciperet limitationem , vel illam reciperet indefinite , dum non videbatur posse simul stare , ut in pluribus casibus identitificis , veritas modò esset alba , modo nigra ; Et sic , vel oportebat retractare dictas iudicaturas in duabus aliis Bononienibus proximè allegatis , & in plerisque aliis , vel ultimæ resolutiones subsistere non poterant , & hoc est quod meus intellectus non de facili capiebat.

Qua.

LUCA
de
amentis
teat,
CVI
9

Quatenus verò pertinet ad dictas auctoritates *Aretini & Rustici*, de hoc si curdo dicebam nullam habendam esse rationem, cum sit simplex relator *Aretini*, nullatenus examinando articulum, ideoque nullam auctoritatem facere videtur, ut advertunt *Menoch. conf. 354. num. 25. & Cyriac. controv. 50. num. 3. & alii*, Et quoad primam *Aretinus* loquitur dubitative non figendo pedes cum verbo *forte*; Contrarium verò ex professo substat *Capra dicto conf. 18.*, & sentire etiam videtur *Succin. conf. 69. lib. 3.*

Et magis ad rem, *Aretinus* loquitur in casu quo testator disposuisset cum ejus filiis, & descendenti-
 10 bus masculis, ibi, *quid si testator dicat, si filius meus decedat sine filiis masculis*, deindeque transitum faceret ad substitutionem extranei, non cogitando ad superexistentiam feminarum ultimi de genere prius vocato vel filiorum & descendentium masculorum ex eis, itaut iste casus remaneat omissus ac à testatore non cogitatus, unde propterea rectè in eo intrat dictarum legum suppletio, quod ad rem facere non videbatur, dum iste dici non poterat casus omissus; Et quamvis nimium urgeret dicta ratio absurdi vel inverisimilitudinis, attamen vel illa in omnibus casibus pariformiter recipienda, vel in omnibus rejicienda est, sed dicta diversimoda judicatura in eisdem casibus eandem rationem habentibus mihi magnam inferebat difficultatem, ob quam, vel ista, vel dictæ aliæ resolutiones placere non possunt, ideoque oporteret in materia uniformem regulam ac veritatem statuere, & sic concludendo, dispositio dictarum l. l. cum avus, & cum acutissimi, vel non sufficit, vel non est necessaria.

Eam tamen differentie rationem solum observabam considerari posse inter istum casum, & prædictos in duplici *Bononien. de Barberis & Amorinis*, ac etiam in *Parmen. fideicommissi de Garzins*, & infra in *Firman. disc. 33.* cum similibus, quod scilicet in eis agebatur de fideicommissaria successione aperta per obitum ultimi de linea seu genere prius vocato abique prole, unde fiebat transitus ad alium substitutionis gradum novumque personarum genus ita qualificatè vocatum, ita ut non habentes talem qualitatem non privarentur jure quæsito sed repellerentur ab assequendo, In præsentem autem agebatur de continuatione bonorum in ea linea, seu genere, in quo jam existunt ac radicata sunt, & sic de privando filios, & descendentes possessoris jure quæsito ex defectu dictæ qualitatis, quod est quid longe plus, atque hæc ratio differentie videbatur pro meo iudicio unicum fundamentum, cum quo, citra contradistinctionem cum aliis, hæc ultima resolutio subtrahi posset; Verùm in *alia Bonon. fideicommissi de Catanis disc. 40.* agebatur de ista continuatione, atque de excludendis filiis ac descendentiis ultimi possessoris, qui erant etiam descendentes testatoris ob penitus extraneum, & tamen hoc absurdum curatum non fuit, ideoque facter quicumque velit agnoscere semitas veritatis, quoniam ego fateor, ob dictas varietates illas esse mihi ignotas, licet varietates magis Tribunalibus connaturales esse videantur, ex iis quæ discurrit *Theaur. in præfat. decis. num. 23. in fine.*

**BONON.
FIDEICOMMISSI
DE MOZZARINIS.**

PRO

FLAMINIO ET AVGVSTINO
DE COLTELLINIS

CVM

CHRISTOPHORO ET IOANNI
PHILIPPO DE ASTIS
ET ALIIS.*Responsum pro veritate.*

De eadem materia, An sub nomine masculinorum cognatorum veniant solum masculinum per masculum seu per medium femininum, vel etiam omnes per plura masculina Defectis aliquibus substitutis sub eodem nomine vocatis, An portio defecta seu vacata accrescat aliis substitutis, vel remaneat libera penes hæredem gravatum, incidenter de aliis punctis remittitur.

SYMMARIVM.

1. **A** signatur ratio, quare examinatur per casus cadentes sub eisdem articulis, & conclusionibus.
2. Quomodo in hac materia attendi debeant doctrina & doctrina.
3. Falli series.
4. De punctis sub controversia cadentibus.
5. De vulgari anomala, seu in fideicommissis.
6. De concursu proximioris, & remotioris ad eandem fideicommissariam successionem, & in fine.
7. De regula, & limitationibus, an vocatis masculinis per medium femininum.
8. Examinatur conjectura, ex quibus vocatis masculinis non veniunt illi per medium femininum.
9. Dicitur ut supra impartat repetitionem per accidens.
10. An portio defecta accrescat alteri substitutis, vel quàm caduca efficiatur libera.

DISC. XXXII.

Superfluitatis nota dignè censendæ non tantum, tam in ista, quàm in quacunque alia materia pluries repetitæ annotationes casuum controversiarum sub eisdem articulis & conclusionibus cadentium, id enim ad veritatem indagandam, æquivoca tollenda, nedum congruum, sed necessarium videtur cum enim hodie in foro nullæ pervigent quæstiones juris apud antiquiores adhibere solent, in scholis & Academiis tantum adhibere solent, quoniam illæ opiniones quæ magis communes vel probabiles magnis Tribunalibus videntur, jam receptæ sunt pro regula, alia vero subserviunt pro limitatione, ex diversa testatoris voluntate ex conjecturis, aliisque circumstantiis metienda, consequenter considerantur potius quæstiones facti & applicationis, proinde oportunitas est in omni materia, præsertim verò in ista ultimarum voluntatum, plures quæstiones fieri potest habere connexos casus, qui primo spectu omninò similes ac plene identici, altero receperunt determinationes ob aliquam diversitatem